



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Fronto Abbas. 14. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

quàm dici aut credi potest, graves, facilè tamen omnes redimebat. Genium tutelarem ducem ad ea loca, quæ CHRISTVS olim præsentia suâ nobilitavit, ad purgantes item flammæ & beatas sedes habuit. Ab eodem donum è primi parentis homo lignum tulit odore nobile: ut inde una jam vel virginitas vel patientia sperare quid posse videatur. In subsidium pauperum ipsa pauperrima peculium tamè corrogabat, & JESU crumenam dictabat; cui profectò omnes, cum audient, avari inuidebunt, quippe quæ exhauriri nunquã potuit. Homini facinoroso suasit, plumis in unum latè noctem incumberet. Risit ille, sed cum hoc in plerumque non posset, ne in flammis olim posse cogeretur, flevit deinceps. At LYDWINA anno Christi M.CCCC.XXX. ægritudinis assiduæ ac multiplicis XXXVIII. cum id dolorum incrementum impetrasset, ut ignibus nihil superesset piandum, mortua tandem est, vel, ut rectius loquar, tandem desit mori. Ex Io. Bruggmano.

Corporea omnia, & quidquid fluxum est & caducum cum aspernans, totum te caelesti Patri addicas, nec presentis temporis, sed futuro ævo vivas, morti sique meditationem, ut Plato ait, hanc vitam existimes. S. Greg. Naz. ad Philagr.

S. FRONTO ABBAS. 14. Aprilis.

Ridiculi homines, morituri ne moriamur se me, extimescimus. Commeatum in anno comportamus, diem victuri: horrea struimus, sepulchrum subituri, formicæ dicam an homines? Nimirum qui vitam dedit, victum vitæ extra urbem fora non poterit dare? Quasi verò si ille velit etiam inter medias epulas non Midæ, inter aquas non

non Tantali simus? contra, ubi ille velit, non aëre
 leges exurgat, in fonte vinea? Certè rupē aquam
 dedisse memini, cumque terra negaret, panes cæ-
 lo pluisset etiam in deserto. Ite Reges, castra culi-
 narum struite, aciem coquorum ducite, famem
 oppugnaturi. Vincam ego vestram superbiam. aut
 nemo, aut cælum mihi opsonabit. Hæc aut similia
 his cum animo suo FRONTO; hæc ad pulcherrimi
 propositi socios LXX. quos omnes secum ex urbe
 in loca deserta ab hominibus sed non DEO etiam
 eduxit. Nec fefellit ingens animus, & spes tam
 generosa. Providit Numen, & alienam avaritiam
 paupertati iussit FRONTONIS servire. Ergo Ange-
 lus ad dormientem nescio quem divitem: tu equi-
 dem in rerum omnium affluentiam jam copiam
 etiam fastidis, at Christus interim in servis suis
 cum inopia & ad eam fame conficitur. Non audit
 hæc Euclio, sed iterum in utramque aurem dor-
 mivit. Ergo aures aliter vellicavit, plagasque, ut
 somno crederet, addidit. Tum demum quid sibi
 cælum vellet, penitus visus intelligere, & cibariis
 LXX. mulos onustos, cum nesciret ubi FRONTO
 ageret, sine ductore in incertum dimisit. At illi
 recta inde ad FRONTONEM, inde exonerati ad di-
 vitem iterum, qui miraculo motus anniversariam
 deinde eam liberalitatem esse voluit. *Ex vit. PP.*

*Avare fac tibi sacculos, & fac jubente Deo; sed fac
 erogando; quia quidquid pauper acceperit, Pater celestis
 suscipit: & ubi recondit? In calo, & ne fortè perdidisse
 te doleas vel usuram, centuplum percipies, quidquid in
 calum paupere pramiseris perferente. S. Chrysol. l. 25.*